HUGOLINUS DE URBE VETERE. MARCHETTUS DE PADUA
Norditalien (wohl Urbino), 1489 Seite 48r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35122
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar



ad graue descendimus. Cum vocum additionibus multi-
plicatis tardas uoces attingimus atque graues. Sed ex gra-
uium additamentis ad acutum ex graui ascendimus quo
celeres spissas que uoces acquirimus. Ex his igitur correla-
rie arguere possumus unam uocem aliam in grauibus
grauiorem et aliam aliam esse in acutis acutiorem quia
maior uel minor distantia ab extremis magis et
uel minus de acumine uel grauitate sonis attribuit.
quanto. 11. vox minus a graui extremo distat tanto
minus acuti extremi naturam sapit. et econtra quanto mi-
nus vox ab acuto extremo recedit tanto minus grauis
extremi naturam participat. Inde consonantia igitur ubi grauis
et acuti soni mixtura consistit quedam magis quedam
minus secundum maiorem uel minorem distanti-
am ab extremis vox acuta uel grauis dicitur appellari.
Ex 2° uero notando in coniunctarum vocum amenis-
sime sonoritatis veniamus consideratione quam quam
sit mirabilis dictu mirabilior sensu mirabilis-
sima intellectu dulcis armonie sonorum concordia. Hu-
manarum vocum prolatio aliorum que omnium instru-
mentorum innumerabilis sonus ostendit. Nam in
his siquid consonum siquid suaue siquid delectatio-
ne dignum repertum fuerit totum a consonantie
virtute procedit. Magna est igitur consonantie